Anno 1763. Die 22° Mens 9bris Celebrabatur Commissio in Negotio Religionis ordinata.

Præside
Excell Illmo ac Rmo Dno Georgio Klimo Eppo V Ecclesiensi

Præsentibus
Illmo ac Rmo Dno Joanne Sebenics Eppo Tinniniensi
Illmo D. Comite Joanne Balassa
S.D. C. Joanne Illesházy
S.D. Josepho Kvassay
D. Francisco Hatos Secretario
Emerico Nemeth Concipista.

Posteaquam Comitatus Bekessiensis demissas Incolarum Possessionum Orosz haza, et Eörsöd sibi ingremiatarum, pro admittenda Oratorii sui reparatione, Supplicantium Instantias tam Suæ Mattis Sacratmæ, quam et Consilio huic L. Regio demisse repræsentasset, imprimis ex rationibus, quod præattactarum Possessionum prior ante 20. duntaxat annos advenis Colonis cum non mediocri Transennali Militiæ, quæ anteà propter Desertorum hac in parte Vastitatem magno Incomodo, et Circuitu iter suum prosequi debebat, nunc autem compendium Viæ, et Stationum obtinet, adeoque tam Ærarii Regii Emolumento, quam Vicinorum Cottuum Commodo impopulata, notabilem publicorum Cottus ejusdem Onerum partem ferre incipiat, altera verò Veteribus Colonis referta, tam in Oppressione rebellis Legionis Halterrianæ Phalangis, quam & Occasione abominandi in Possessione Thur erumpentis Rustici Tumultus infideles prosequendo, nonnullos ex illis per Insidias incaptivando illibatæ

Fidelitatis

7

ORSZÁGOS LEVÉLTÁR
C szekció

fidelitatis monumentum exhibuerit, in arduis autem recenter sopiti Belli Circumstantijs, utraqꝫ per accuratam Contributionis Dependsionem, alacrem Tyronum Statutionem, et Solertem Naturalium ad designata Depositoria devectionem pluraqꝫ alia promptissime præstiterint, Benigna Resolutione consolari exorasset, altefata Suattas Sacratissima penes præattactorum Communicationem de 17ᵃ præteriti Mensis 8ᵇʳ Consilio huic L. Regio clementer commisit, quatenus super merito præattactæ Acatholicorum Instantiæ Votum, et Opinionem suam proximius submittere noverit.

Quia nihilominus in specie circa Neo-impopulatam Possessionem Orosz-haza interventis acciderit eveniret, quod postquam Sua Mattas Sma de temerario nuncfatæ Possessionis Publicum Aug. Confessionis suæ Exercitium via facti, Aᵒ 1744. introducentium ausu genuine informata Aᵒ 1747. die 26ᵗᵃ Maij Prædicantem eorum inde illico amovendum Oratorium illorum demoliendum, et Publicum Exercitium ex toto abrogandum Benigne demandasset, hæcqꝫ Cottui Eidem eo-

tium

Intimare ulterius quoque Exercitium Religionis Suæ Stabilire vesiti non fuerint, reflexe ad Sæpecitatam Consilij hujus repræsentationem, altefatæ Suæ Mattí in humilitate Suadendum censeret, quo petitam Ruinosi Oratorij reparationem ijsdem Acatholicis Orosz-hasiensibus non tantum non admittendam, sed idem Oratorium penitus demoliendum, Prædicantem Eorum inde amandandum, Cottui vero Bekessiensi, quod positivam Suattis Suæ Resolutionem nec in præsens effectuaverit, ~~serio~~ improbandum Clementer resolvere dignetur.

Quantum ad alterius Possessionis Eöcsöd. pro admittenda aeque ruinam minantis Oratorij sui in majori adhuc extensione, et ex solidis fundamentis construendi, erectione Suplicantis Instantiam; Siquidem nec ex præadducta Cottus repræsentatione,

tione, sed nec alias eatenus
interventis hactenus actis le-
galitas Eorundem Exercitii Cognos-
ci valeret, hinc ut fundata
eatenus Opinio depromi valeat
censeret Commissio hæc Suæ Sacratissimæ
Majestati demisse repræsentan-
dum, quatenus super eo, cu-
jus indultu et impensis, quo
Anno Vetus ipsorum Ora-
torium ædificatum sit? an
ibidem resideant etiam alte-
rius, et cujus signanter Reli-
gionis et quot # Incolæ, ac
demum quæ sit aliorum Lo-
corum publico Confessionis
Ejusdem Exercitio adhuc fruen-
tium Vicinitas? auditis au-
diendis, geminam, et cir-
cumstantialem Investigatio-
nem in mutuo Diœcesani,
et Cottensium Dominorum # per
agendam Clementer resol-
vere dignetur. Salvo altiori
Ex. Consilii Determinio.

Concursu

Georg Kirovo Epps. V. Eulo. [illegible]

ORSZÁGOS LEVÉLTÁR
C szekció

11

Praes. 28 9br 1763
Eod. relat.

Protocollum Commissionis in Negotio Religionis ordinatæ et Die 22a 9br Celebr.

Intuitu admittendæ Incolis Possessionum Oros-haza et Eöcsöd, Cottui Bekessiensi ingremiatar. ruinosi Oratorij Sui reparationis

Rel 28 9br N 1